

De Bello Gallico, Buch 6, Kapitel 20

1 Quae civitates commodius suam rem publicam administrare

existimantur,

habent legibus sanctum,

si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acceperit,

neve cum quo alio communicet.

2 quod

(saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri)

(et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere)

cognitum est.

3 magistratus

quae visa sunt,

occultant,

quaeque esse ex usu iudicaverunt,

multitudini produnt.

de re publica nisi per concilium loqui non conceditur.